SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id448875616/1
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK

L VII 194

OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK DER WISSENSCHAFTEN

210/53 27 - 56

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id448875616/2
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK

MEMORIÆ ET PIETATI

D.NI HIOBI

SENIORIS à SALZA,

in Eberßbach & Großkrauſchaw/ &c.

MAGNIFICI, STRENUI NOBIL.MI

HEROIS

DIVOR. RODOLPHI ET MATTHIÆ II.

IMPP. CÆSS. AUGG. PP.

A CONSILIIS

AD REIP. CHRISTIANÆ

BONUM NATI

FRIEDLAND. BOHEM.

IX. AUG. A.o M. D. LXI.

EJUS IRREPARABILI DAMNO

DENATI

IN

EBERSBACH

XXIV. JUNI D. JOHANNIS

FESTIV.

A.o CHR. ∞ IↃCXIX.

ÆTAT. LIIX.

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id448875616/3
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK

CARMEN EPITAPHIUM.

Quis jacet hâc tumbâ? de ſanguine cretus honoro
SALZAIDÛM JOBUS, Nobilitatis apex.
Agmina quæ circum? ter-terna PROPAGO MONETAE,
Tres CHARITES, SOPHIE, CONSUS, APERTA, THEMIS,
PRISCA FIDES, Fidei Soror intemerata beatæ
EUSEBIE, puris INTEGRITAS manibus.
Quis dedit in cinereis ARETAE tám NOBILE LUMEN?
Perſephone nulli parcere ſueta dedit.
Hæ quoque SALZAIDEN ceu vivum ſemper-amârunt,
Sic quoq; defunctum deperiére DEAE.
Atq; uti cum JOBO fuit his egiſſe voluptas
Vitam, cum JOBO ſic voluére mori.

Sparge Roſas, argentea Lilia Sparge viator,
Spiranteis Spargat Chloris amœna crocos.
Quo vix Candidior, vix purior exstitit unquam
Cur non Liligeris Incubet ille Rosis?

Aliud

SUB PERSONA εὐθανάτȣ.

Munus Erat mea Vita T.um, Deus optume gentis
Rector Adamigenæ, ſed mihi funus Erat.
Funus Eram, dabis his Deus optume ſenſibus auras,
Me mihi reſtituet Munere Vita T.o
Terrea vita vale mihi, ſed mihi Cælica ſalve
Vita; nihil tecum, Terrea vita, mihi.

In Honor. et Rever.am P.

Gotfrid. Hegenitius Görlic.
φιλόνομ☉.

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id448875616/6
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK

ΠΡΟΣΦΩΝΗΜΑ

Ad

Ἐυθάνατον.

LUMEN SALZAIDÛM, cate
Heros Luſatiæ, nova
Cœli progenies, DEI
Melle atq; Ambroſiâ ſatur.
An majus Lacheſis malum
Si quærat Ratio, Tibi
Majorem an tulerit Boni
Fructum? Carneades ego.
Hinc & Carneades, T.is
An lætum recitem melos
Fatis, an querulis mage
Fundam Næniolas logis?
Utrumvis faciam. LUCRUM
MORS VITÂ POTIUS, LUCRUM
EX VITÂ POTIUS CAPIT
MUNDUS, QUAM EXITIO VIRÛM.

Ergo dolorificos in funere Præfica leſſus
Pulla T.o multis, VIR GENEROSE, *præit.*
Dignus enim longum vivendo vincere ſoleis
Neſtoreos, LINGUÂ MENTEQ; NESTOR, *eras.*
Hei dolor! amplivago ſi jam ſit in orbe RODOLPHUS,
Si ſit MATTHIAS *arbiter Imperii.*

Hei dolor! ex triſti ſuſpiria pectore ferrent,
Ac deſiderii plurima vota ſui.
Hei dolor! hei luctus! Nam plangendi haſce recepit
INDUPERATORUM *Nobilis* AULA, *viceis.*
Hei lachrumæ! revocat T.ª Te ſibi CAIA *Maritum.*
Hei lachrumæ! revocant PIGNERA KARA *patrem!*
Hei Te non-nemo, degit qui Luſatos oris
Quem, non digna fuit, vivere, terra, dolet!

MUNERA SED MORTÆ DAT INANIA, QUISQUIS AB ORE
Quisqis MENTE-ANIMI VARIAS LANGUENTE QUERELLAS
FUNDIT. *Jô Veſtrum ſolentur maxuma planctum*
Commoda DEFUNCTI, *qui* JAM-NOVUS ÆTHERIS HOSPES
Pendet ab ore DEI, *ac* SUPERÛM *meliore fruiſci*
Gaudet CONCILIO. *Quid Cæſaris Aula* FIDELEM
Luges COLLEGAM? *quid Juno relicta* MARITUM?
Non ego SALZAIDEN *Te lugeo, gaudeo* PROLEM
Vivere SALZAIDÛM, *qui Nobilitatis avitæ*
Stemmata, qui PATRIÆ VIRTUTIS *Dona fovebunt;*
Ut vivat PATER *in* GNATIS, *& ut in* PATRE GNATI
Grandia laturi meritorum præmia, vivant.

AD

PATRIS NOBIL.mi

NOBIL.mos FILIOS

DN. FREDERICUM

&

DN. HIOBUM à Saltza, &c.

in Ebersbach & Großkrau-
ſchaw/ &c.

Lætitiâ lachrumas igitur PAR NOBILE FRATRUM
Obrue SALZAIDÛM.
Et gaude, FREDERICE, T.i Spes alta PARENTIS,
Martis & Artis amor.
Pone modum, Uraniæ cor, pan-sophe JOBE, dolori
Dexter ocelle Dices.
Si CUNCTIS HOMINUM, CEU VESTRO VITA
PARENTI
CLAUDITUR ACTA,

Sat eſt.

IDEM fac.
G. Hegenitius.

GÖRLICI
eX Operâ aC InDVſtrIâ IohannIs RhaMbæ.

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id448875616/9 GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id448875616/11
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK

Oberlausitzische Bibl. Görlitz
1006923 3

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id448875616/12
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK